

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

persuaserant. Ideo addit *sine nobis*, ut nolet ingratitude eorum, quod illa sine Apostolis verisq; doctoribus, e. g. Paulo, & Sosthene consecutos esse gloriantur, per quos tamen ditati erant Corinthii omni cognitione omniq; sermone 1. Cor. I. summamq; superbiam quasi ne Apostoli quidem amplius egeant operâ. Crescit autem oratio in hac ironia, divitem esse plus est, quam saturatum esse, & regnare plus est, quam divitem esse. Similis gloriatio erat Episcopi Laodicensis, de quo Apoc. III. 17. Regnum autem non tam gloria intelligitur; hæc enim nimia fuisset stultitia, si in eo sese jam versari Corinthii gloriati essent; quam gratia, quod jam super universum mundum & peccatum dominarentur, non tantum saturati plene delitiis omnis cognitionis & ditati thesauris quibusvis gratia, sed regnarent etiam super hostes spirituales magnâ potestate. Consequentia autem illius: Atq; utinam regnaretis, ut & nos vobiscum regnaremus, nervus ille videtur: Quod si Corinthii ab Apostolis ad fidem conversi, & omnis generis cognitione ditati jam regnarent, Apostolos cen magistrorum ipsorum θεοπνεύστους, qui immediato Spiritus S. nutu reguntur & patres eorum spirituales, non vulgares, sed primos & principales in Ecclesia à Christo propugnanda & gubernanda universæ Ecclesiæ præfectos, multo magis jam regnatos.

“ v. 9. Δοκῶ γὰρ ἐν ὁ θεὸς ἡμᾶς τὰς Ἀποστόλους τὰς ἐχάτας ἀπὸ δει-
 “ ξεν, αἰς Ἰησοῦ ἀνατίσσει.

“ Ὅν deest in Manuscripto. Δοκῶ ut sæpe apud Latinos credo est
 “ εἰρωνικόν, si ex rebus secundis, ut vos videmini existimare, colligitur
 “ Dei favor, nos Apostoli à Deo collocati erimus in infimo loco, tan-
 “ quam bestiarum. Sic enim Tertullianus hunc locum transfert libro
 “ de pudicitia: Et puto, nos DEUS Apostolos novissimos elegit veluti bestia-
 “ rios. Infra omnes homines fors erat damnatorum ad bestias, qui hic
 “ κατ' ἐξοχήν dicuntur Ἰησοῦ ἀνατίσσει. Id Hebræis esset מני בני 'אפי-
 “ דעזען constituit, quod Tertullianus vertit, elegit, est מנה.

Recte vox ἐχάτας predicatis potius adscribitur, quam subiecto. Ideoq; non est, quod se torqueant interpretes, quomodo se Paulus Apostolorum ultimum dicat, cum infimo loco se non quoad Apostolatam, sed quoad miserabilem sortem & statum collocatum esse, profiteatur. Non ergo cum Apostolatu vox illa componenda est. Re-
 pro-